



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**De Judiciis Ecclesiasticis Ad Germaniæ Catholicæ
Principia Et Usum**

De iudiciis civilibus

Zech, Franz Xaver

Ingolstadii [u.a.], 1765

Titulus XI. De Arbitris. Si fixum sit litigare, cavendum est, ne perperam
omnia confundantur: unde intelligenda doctrina, quam tradit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68163](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68163)

relinquuntur Interpretibus Juris publici. Ad forum Ecclesiasticum pertinet pia meditatio, quod ingentia mala, ob summam servandi moderamen & limites Juris naturalis difficultatem, ex bello præter intentionem Principum oriri solita, referri debeant ad Divinam Providentiam, quæ hoc acerbissimo flagello punire vult & solet peccata populorum.

TITULUS XI.

DE ARBITRIS.

Conf. Lib. I. Decretal. tit. 43. Sext. tit. 22.

§. 130.

QUI a violenta prætensionis suæ persecutione per Leges impediuntur, in pacificam tamen Transactionem convenire non possunt; habent

Ad evitandas hinc

L 2 adhuc

tom. 2. fol. 194. seqq. cui opposuerunt se varii Catholici, præsertim D. SUNDERMAHLER in Dissert. de potestate jus suum vi & armis perseguendi &c. Collegit hæc & quædam alia DAVID GEORG. STRUBEN Von der Selbst-hülfe, De obligatione servandi Articulos Pacis

adhuc commodam viam evitandi molestas moras, & impensas Processus Judicialis, committendo causas suas bono Viro, uni aut pluribus, minori plerumque temporis & sumptuum impendio decidendas, qui proin Judex Compromissarius, vel Arbitrator nuncupatur, quod partes in eundem compromittant, ut inter easdem Arbitrium suum interponat.

*Assumi
possunt
Arbitri,*

§. 131. Præter varias alias significationes *Arbitrium* pro judicio & intellectu sumitur. Sic dicimus, Judicem suo Arbitrio rem diffinire, hoc est, pro suo animi judicio & intellectu controversiam terminare. Cum enim omnia, præsertim quæ in facto consistunt, Legge comprehendi non possint, Judicis multa Arbitrio relinquuntur. De his late scribit MENOCHIVS integro Tomo de Arbitrariis Judicium Quæstionibus, & Causis.

*Qui sunt
Juris,*

§. 132. Hoc loco *Arbitrator* opponitur Judici proprie dicto, & dicitur Vir bonus (§. 2.), qui sive ex dispositione juris, sive ex conventionione partium con-

Westphalicæ dictum alibi in Præcognitis Juris Canon. §. 400. seq.
52.) *Vir bonus est quis? Qui consulta per*

constituitur, ut super controversia, quæ inter eas est, iudicium, seu animi sui sensum proferat, eamque dirimat. Igitur alii sunt *Arbitri Juris*, seu necessarii, qui ex dispositione Juris a Præatore vel Iudice dari solent, & compelli possunt ad munus hoc suscipiendum: habentque Jurisdictionem quasi ordinariam, ita ut appellari ab eorum sententia possit. Tales constitui possunt in præparatoriis Iudicii, veluti an fidejussores *de iudicio fisci* sint sufficientes 53.): in causa suspicionis Iudici objectæ 54.): si diversi Iudices super revocatione Literarum Apostolicarum discordent 55.): si Episcopus cum Clerico sibi subiecto controversiam habeat 56.): si Supremi Principes inter se contendant, & Transactione res componi nequeat; cum enim

L 3

Judi-

trum, qui leges iuraque servat: quo multa magnaque secantur iudice lites. HORAT. lib. I. epist. 16. ad Quinctium. v. 40. seqq.

53.) L. 9. ff. qui satisdar. cog.

54.) C. 39. de Offic. Jud. deleg. C. 4. & II. eod. in 6.

55.) C. 14. de Rescript.

56.) C. 46. XI. q. I.

Judicem competentem non habeant, æquitas naturalis exigit, ut eligantur Arbitri, ne cum pernicie Reipublicæ ad arma deveniant. Huc revocari possunt Arbitri Austregarum, qui ex publica lege inter Status Imperii electi judicant: item qui ex Statuto E. G. ad certas lites inter Familias consanguinitate conjunctas, determinandas constituuntur.

Vel Compromissarii: a quibus differunt Arbitratores. §. 133. Alii sunt *Arbitri Compromissarii*, seu Voluntarii, in quos a partibus ita compromissum est, ut si suscipere Arbitrium velint, servato juris ordine, & substantialibus Judicii procedere, fines tamen compromissi, cum arbitria stricti juris sint, accurate servare debeant. Cum enim actus talium Arbitrorum non ex Jurisdictione, quam partes dare non possunt, sed solum ex virtute conventionis fiant; proin sint quidem Actus Judiciales, non autem Jurisdictionales; hinc facile infertur, omnia nulliter agi, quæ fiunt contra formulam compromissi; & vicissim multa fieri posse ab Arbitris, quæ non conceduntur Judici ex defectu Jurisdictionis. Sic Arbiter citat partes ex alieno territorio. Deberent tamen servari

vari feriæ in honorem Dei institutæ, nisi necessitas urgeat, aut pietas aliud suadeat, quia Compromissum ad similitudinem Judiciorum redactum est 57.). Si autem ex consensu partium absque forma Judicii causam cognoscant, vel in negotio extrajudiciali, quod æquum ac bonum sibi videtur, pronuntiant, *Arbitratores* vocantur, quorum arbitramentum habet speciem Transactionis, seu amicabilis compositionis.

§. 134. Compromittere in Arbitros *In Arbitros* regulariter possunt omnes, qui rerum *quæ* suarum liberam administrationem & *compro-* alienandi facultatem habent: quia *mittere?* compromissum via est ad alienationem. Tenentur Arbitros in controversiis suis assumere hæredes, quos ad id obstrinxit Testator pro casu orituræ inter ipsos litis: & in tali casu potius Arbiter proprie dictus, quam Arbitrator, assumendus intelligitur, ut observato ordine Judiciali lis terminetur, cum amicabilis compositio Arbitratoris seu Mediatoris, plerumque non inveniatur locum 58.).

L 4

§. 135.

57.) L. 1. ff. de recept. qui arbitr. recep.
58.) LEYSER. spec. 65. med. 7.

Qui eligi
possint?

§. 135. In Arbitros possunt eligi omnes, qui jure non prohibentur, unus vel plures. Femina, nisi capax sit Jurisdictionis, ex paritate rationis non potest suscipere Arbitrium: potest tamen esse Arbitratrix in negotio extrajudiciali: sicut etiam Laicus in causa spirituali potest esse Arbitrator, non tamen Arbiter, saltem solus, & absque consortio Clerici. Etiam in proprium Judicem compromitti potest (59.): & hac ratione fit, ut recusari non possit, neque appellari ab ejus sententia. Compelli autem ad recipiendum Arbitrium regulariter nemo potest, si prævideat, odium sibi alterutrius & periculum imminere: cum damno enim suo nemo, nec ex humanitatis regulis, ad benefaciendum alteri est obligatus, nisi universitas subdito suo tale munus pro bono publico imponat. Exemplum habemus in Articulis Pacis inter Olivarium Cromwellium, Protectorem Angliæ, & Ordines Generales fœderati Belgii Anno 1654. conclusæ: ubi Art. 28. statuitur, ut electi Arbitri de damno
per

59.) C. 7. & 10. De Arbitr. Recessus Imperii Ratisbon. 1594. §. 65. permittit

per Hollandos in Dania Anglis illato
 iudicaturi, Londini vigesimo septimo
 Junii stylo veteri conveniant, & a pri-
 ma die Augusti, nisi prius consense-
 rint; in Camera separatim ab omnibus
 aliis tantisper claudantur absque fo-
 co, candela, cibo, potu, aliove su-
 stentaculo, donec de rebus prædictis,
 ad se relatis, consenserint: quæque
 sententia ab iis lata fuerit, utramque
 partem devinciet & obligabit 60.)
 Super causis, de quibus non potest
 transigi, regulariter etiam non po-
 test compromitti.

§. 136. Forma compromissi pendet
 ex voluntate partium, Si adjiciatur
 pœna in eum, qui non paret Arbitrio,
 soluta pœna potest recedere a Laudo,
 nisi addita sit Clausula, *rato manente*
Compromisso &c. Juramentum non li-
 cet apponere juxta Jus Civile novum
 61.): antea licebat 62.), uti etiam
 L 5 licet

*Forma
 Compro-
 missi sey-
 vanda.*

Compromissum in Cameram Imperii cum
 certis limitationibus.

60.) Theatrum Pacis. fol. 385. seq.

61.) Novell. 82. c. II. Auth. decernit C.
 de recept. arbitr.

62.) L. 4. §. 2. C. ibid.

Pari nu-
mero dis-
sentienti-
bus ad-
jungitur
Super-
Arbiter.

licet de Jure Canonico 63.). Quodlibet jus in suo foro observandum est. §. 137. Si plures Arbitri sint assumpti, quibusdam absentibus possunt reliqui causam definire de Jure Canonico 64.), secus de Jure Civili 65.), nisi adjecta clausula aliud permittat 66.). Si plures electi Arbitri dissentiant, & pro tali casu nihil constitutum sit in Compromisso, prævalet consensus majoris partis : si pari numero dissentiant, partes designabunt adhuc unum, quem *Super - Arbitrum*, vulgo *Obmann*, nominant. Si duo tantum sunt Arbitri, Compromissum de incerta persona in *Super - Arbitrum* assumenda non tenet, cum duo de hac ipsa assumptione discordare possint : determinanda igitur ab ipsis partibus in Compromisso esset persona tertia certa pro casu dissensionis duorum Arbitrorum 67.). Illustre exemplum præbet Instrumentum Pacis Ryswicensis,

63.) C. 2. de Arbitr.

64.) C. 2. eod. in 6.

65.) L. 17. §. fin. ff. de Recept. qui arbiter recip.

66.) L. 32. §. 13. ibid.

67.) C. 12. h. t. L. 17. §. 5. ff. de Recept. &c.

sis, in cuius Articulo octavo de Præ-
tensionibus Ducissæ Aurelianensis con-
tra Electorem Palatinum conventum
fuit, ut res secundum formulam com-
promissi, quæ eidem Pacis Instrumen-
to per Articulum separatam subjun-
cta est, ab Imperatore & Rege Galliæ
tanquam Arbitris, juxta Leges & Con-
stitutiones Imperii decidatur: illis
vero in sententia discordibus, Papæ
tanquam Super-Arbitro decidenda
deferatur. Cum igitur Imperator Fri-
derico Bindero Consiliario Imperiali
Aulico, & Rex Galliarum Ulrico Ob-
rechtio Prætori Argentoratensi Arbi-
trium hoc delegassent, illi vero pror-
sus invicem dissentirent, confugien-
dum erat ad Pontificem, qui Super-
Arbitrio per Delegatos suos dicto,
litem pro Serenissimo Electore Pala-
tino composuit Anno 1702. 68.).
Reperiuntur tamen exempla, ubi Ar-
bitris numero paribus tributa est po-
testas alium incertum eligendi. Sic
anno 1388. Comites Holfatiæ de Du-
catu Sleswicensi constituerunt, ut si
ali-

68.) Lauda ista integra legi possunt apud
LUNIG Reichs-Archiv. part. specialis
fol. 747. seqq.

aliquid natum fuerit quæstionis, Dani ex Holsatis, & vicissim illi ex Danis binos eligant, qui rem in controversia positam dirimant: quodsi non poterunt, habeant facultatem quintum assumendi, cujus votum alteri parti accedens, rem omnem absolvat (69.).

Si ex pluribus omnines discordent, quid statuendum?

§. 138. Si vero ex pluribus Arbitris omnes discordent, & pronuntiatum unius contineatur in pronuntiato alterius, tenebit sententia, quæ continetur in alia. Unde cum unus in XV. alius in X. tertius vero in V. pronuntiant, illius qui dixit de summa minori, cum in illa omnes concordet existant, sententia efficax censetur (70.). Nequaquam tamen semper numerus minor continetur in majori. Sic qui negat se debere viginti, non negat se debere decem: & consentiens in majus, non semper consentit in

69.) ALBERT. CRANTZIUS Saxon. lib. 10. c. 9.

70.) C. 1. de Arbitr. in 6. L. 27. §. 3. ff. de Recept. qui arbitr. recep. Forte alius teneret sententiam illius, qui in decem pronuntiat, cum in hac summa concordet pars major, scilicet duo ex tribus.

in minus, se junctum ab aliis partibus. De duobus Judicibus diversas sententias proferentibus, memorabilis est decisio Juris Canonici 71.), juxta quam si ex Jurisdictione ordinaria processerunt, tenet pro Reo, non pro Actore Sententia, nisi in causa favorabili pro ipso fuerit promulgata: si vero ex delegata potestate; utraque pendet sententia ex Arbitrio Delegantis: quod si ex compromisso, neutra debet habere vigorem: sed constituendus est tertius, nisi unius sententia contineatur in altera, vel causa sit divisibilis. Nam plures Arbitros posse ferre sententiam divisivam, partim absolvendo, partim condemnando, non autem plures Judices, docet ARISTOTELES 72.), quia Judices non deberent inter se de ferenda sententia conferre, quod tamen Arbitris licet.

§. 139. Qui in se suscepit Arbitrium, debet in eo perseverare, & sententiam, seu Laudum quod pronuntiavit, corrigere amplius non potest, quia Officio suo functus censetur, relicta executione Judici ordinario. Cognoscit autem

Quando
detur Re-
ductio ad
bonum Vi-
rum?

71.) C. fin. de sent. & re judic.

72.) Lib. 2. Politic. c. 6. n. 5.

autem etiam de Causis connexis, si intrinseca sit connexio, uti de Exceptionibus, Interesse, Fructibus, Expensis &c. Reconventio tamen non potest coram ipso institui, nisi per modum Exceptionis, vel nisi expresse contineatur in Compromisso. Unde Arbitrium Compromissarium finem causæ imponit, ut appellari ab ipso non possit etiam si injustum sit: contrarii textus loquuntur de Arbitro Juris, a quo appellari potest. Nihilominus Arbitratoris Sententia, uti etiam Sententia Arbitri, si homologata non sit, reduci potest ad Arbitrium boni Viri: nec etiam homologata, id est, a partibus expresse vel tacite intra decendum approbata, observari debet, si sit notorie iniqua; si adversetur Legibus; si intercesserit dolus. Merito petitur Reductio, si Arbitrator in favorem cuiusdam tertii in Compromisso non comprehensi, multo magis si in utilitatem propriam pronuntiet. Infamiae notam contraxit Judicium Populi Romani, dum Agrum inter Aricinos & Ardeates litigiosum sibi adjudicarunt 73.)

Ma-

73.) LIVIUS lib. 9. c. 71. seq. item lib. 4. c. 11.

Majus erat Philippi Macedonis flagitium, qui a duobus Fratribus Regibus Thraciæ Judex electus, utrumque Regno spoliavit 74.). Reductio ad Arbitrium boni Viri debet fieri coram eo, coram quo alias agendum fuisset, si compromissum non fuisset factum; nam petitio reductionis est quædam provocatio ad Judicem competentem, tanquam Virum bonum, qui propterea Judex ordinarius esse non cessat. Unde in causa retractandi Laudi procedit tanquam Judex, & ab ejus sententia appellari potest. Is etiam effectus Arbitrii est, ut acta coram arbitro in eadem causa, & inter eosdem compromittentes in quolibet Judicio vim probandi retineant. Partes autem ex Laudo homologato habent Actionem & Exceptionem.

§. 140. Solvitur Compromissum & Arbitrorum potestas morte eorum vel Arbitrorum potestas morte eorum vel Compromittentium; vel mutuo consensu; lapsu temporis præfixi, nuntiatione diffinitiva, aut si Arbitro tempore & loco, ad quem citavit partes, non compareat 75. *).

TITU-

74.) JUSTINUS lib. 8. c. 3.

*75.) Exemplum occurrit apud CRANTZ